

tentia, sed Exemplum perfectius, quam supra fol. 62. Fol. 126. de *triplici habitaculo diuinitatis*. T. VI. append. col. 159. spur. Fol. 128. *Sermo de assumptione virginis Marie cum Praefatione*. T. VI. append. col. 249. spur. Fol. 130. de *visitatione infirmorum* Libris II. *ibid.* col. 253. spur. Fol. 133. de *agone christianorum*. T. VI. col. 245. Fol. 138. *Liber Questionum Orosij*. T. VI. append. col. 7. spur. Fol. 144. de *diuersis questionibus* LXXXIII. T. VI. col. 1. Fol. 168. *Retractationes* Libris II. T. I. col. 1. Fol. 176. de *XII. abusibus seculi. uel de XII. gradibus abusiois secundum beatum cyprianum*. Neutrius, sed spur. T. VI. append. col. 211. Fol. 189. de *honestate mulierum*. T. V. append. col. 488. spur. Fol. 191. de *quantitate anime*. T. I. col. 401. Fol. 203. intercurrunt *Isidori Synonyma* multoties a me relata, ut *Index* docet. Fol. 211. *Traктatus de humilitate*. Lacinia certe non *Augustini*, agens potius de *Lectioe et Lectoribus*. Fol. 212. de *singularitate clericorum*, omiffus merito a *Maurianis Libellus*, de quo plura dixi *Vol. I. P. 1.* col. 127. Fol. 219. de *conflictu viciorum et virtutum*. T. VI. append. col. 219. spur. Fol. 225. *Sententia, ut non solum lingua &c.* Est *Sermo* T. V. append. col. 413. spur. Fol. 226. *Sermo de decem cordis*. T. V. col. 48. Fol. 233. *Sermo de reuerentia maiorum*. T. VI. append. col. 297. inscriptus de *Obedientia et Humilitate* spur. Fol. 235. de *persecutione christia-*

norum. T. VI. append. col. 368. inter *Sermones ad Fratres in Eremo* spur. Fol. eod. de *bono discipline*. T. VI. append. col. 295. ad *Valerianum Cymel.* pertinens *Sermo*. Fol. 237. de *diuinatione demonum. de origine anime. de nouo cantico* *Fragmenta Augustiniana*. Fol. 238. de *cognitione vere vite*. T. VI. append. col. 169. spur. Fol. 241. de *fide ad petrum dyaconum*. T. VI. append. col. 19. est *Fulgentii Ruspens.* Fol. 249. de *natura Summi boni*. T. VIII. col. 502. contra *Manichaeos*. Fol. 255. de *vita christiana ad sororem suam*. T. VI. append. col. 183. spur. Nihil horum *Traктatum* a me non jam alias relatam est. Dolendum, non incidisse bonum illum *Plebanum* in sinceriora *Exempla*, totque *Pseud-augustinianis* tam sedulam operam navasse.

CCCXV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 201XIV. Folior. nunc 85. 4. per duas columnas luculente et nitide scriptus, picturatis Initiorum literis, et quondam *κρημα* *Carthusiae Axbacensis* continet *D. Augustini Confessiones*, prout extant T. I. col. 69. Edit. *Maur.* Initium: *Magnus es domine et laudabilis &c.* Huic superscripsit *Librarius: Her got bilf.* Libri decurrunt absque ulla divisione in Capita; Codex vero abruptitur in verbis: *Usquequo Domine trasceris in finem. Ne memor fueris iniquita* — — — quae sunt L. VIII. juxta Edit. C. 12. n. 28.

CCCXVI.

CCCXVI.

R. 3038 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 59. f. caractere luculento bene perscriptus, coloribus distinctus, et olim *monasterij sancte dorothee in wienna* sequentia ad Ejus institutum facientia complectitur: I. *Incipit prologus in Regulam beati augustini Episcopi.* Regula illa est, quae titulo *ad Servos Dei* habetur T. I. *Opp. Edit. Maur. col. 789*, et incipit: *Hec sunt que precipimus &c.* Prologum vero, cujus initium: *Canonice professionis disciplina sicut christiane religionis observantias antiquitate, ita et dignitate precellit &c.* nullibi me legere memini.

II. fol. 8. Sequuntur VI. Capitula huc facientia, quorum primum sine titulo incipit: *Multa sane differentia est inter renunciantes seculo &c.* agitque de perfecta rerum temporalium abdicatione. *Secundum* inscribitur: *Quis modus correptionis sit*, et legitur in *Regula Canonica in Conc. Aquisgran. a. 816.* edita apud *Aub. Miraeum Antverp. 1638.* f. *Formae Institutionis Canonicae. Cap. 134. p. 76.* *Tertium* titulo: *Epilogus breuiter digestus*, ibidem *Cap. 145. seu ult. p. 81.* constituit. *Quartum* *Prefatiuncula in vitam clericorum* inscriptum pariter ibi *Cap. 113. p. 65.* terminat. *Quintum* absque titulo incipit: *Quia regularis ordinis nostri observantia in omnibus pene ecclesijs ex magna parte uenit in consuetudinem et nos per apostolicum mandatum in lateranensi concilio e-*

ditum ad ordinis reformationem cogimur &c. *Sextum* inscriptum *De Diffinitione secundi capituli* incipit: *Secundum constitutionem in lateranensi concilio editam ad ordinis reformationem diligenter intendentes precipimus, ut regula beati augustini firmiter et uniuersaliter obseruetur cum diffinitionibus preteriti capituli in sequenti capitulo approbatis. &c.* *Lateranense Concilium IV.* intelligo celebratum a. 1215. in quo praecipue *Capitulo 12.* varia de Regularium reformatione constituuntur, nominatimque edicuntur: *Hoc ipsum regulares Canonicos secundum ordinem suum volumus et praecipimus observare.* At, ubi *Theca* anterior Codicis praesentis indicat, quae in eo contineantur, post *Regulam beati Augustini* ait: *Item statuta salzburgensium de observantia regularum canonicorum regularium.* Quando igitur *Eberhardus II.* ad *Lateranenses* Constitutiones effectui dandas altero mox anno, nempe 1216. *Concilium Provinciale Salisburgi* celebravit, admodum probabile est, *Capita* nostra *Quintum* et *Sextum* supra adlatum ex eo Concilio manasse, atque inde aliquam accessionem fieri ad ejus Acta, quae *Flor. Dalbamus* in *Concill. Salisb. Augustae Vindel. 1788.* f. editis p. 96. paene in deperditis habuit. Ea porro in *Dorotheano* Codice reperiri, non mirum, cum *Collegia Canonica regul. per utramque Austriam sub Metropoli Salisburg.* fuerint.

III. fol. 17. p. 2. Incipiunt capitula in expositione hugonis (a S.